እንጋ

particula opinandi et dubitandi [semel tantum sc. Mich. 6,6 in uno codice, **እንገ ፡** scriptam inveni; composita est ex I **እን ፡** et **ጋ ፡**, quod (sicut **ጓ ፡** q.v.) e כֹּה vel כֹּהָ emollitum videtur; significatione maxime convenit cum ,ܐܢ]. Proprie consecutionem significat, sicut **እንከ ፡**, sed levior est vi et emphasi, et ab illa differt sicut ἄρα ab οὖν; usurpatur, ubi quis aliquid e verbis proxime praecedentibus vel e rebus factisve satis notis natura sua sequi opinatur vel cum dubitatione quadam conjicit. **1)** Raro extra interrogationem: **a)** *igitur* (*inde vix dubium est quin* , nun doch wohl) **እንጋ ፡ በጽሐት ፡ ላዕሌክሙ ፡ መንግሥተ ፡ እግዚአብሔር ፡** Matth. 12,28. **b)** *puto* , *opinor* : **እስመ ፡ እሙንቱሂ ፡ እንጋ ፡ ሶበ ፡ ስሕቱ ፡** τάχα Sap. 13,6. **c)** *nimirum* , *utique* , **እንጋ ፡ ኵሉ ፡ የኀሥሡከ ፡** *nimirum omnes te quaerunt* (hoc ipse conjicere poteras) Marc. 1,36. **2)** Creberrime in sententiis interrogativis, dubitativis, optativis, sed nonnisi raro primum orationis locum tenet (ut Matth. 17,26); plerumque uni verbo duobusve postponitur: **a)** *igitur* (*nonne sequitur?* so denn also? nun wohl?), ἄρα (ἆρα), ut: **ይፈልጠኒኑ ፡ እንጋ ፡ እግዚአብሔር ፡ እምሕዝቡ ፡** Jes. 56,3; **በከኑ ፡ እንጋ ፡ ትዬውሆሙ ፡ ለአሕዛብ ፡** Jer. 4,10; **እደግምኑ ፡ እንጋ ፡ ርእየ ፡ ቤተ ፡ መቅደስ ፡** Jon. 2,5; Ps. 57,11; Ps. 72,13; Ps. 138,10; Matth. 17,26; Matth. 18,1; Matth. 19,25; Matth. 19,27; Matth. 24,45; Act. 21,38; etiam Jes. 24,6 (**በእንተ ፡ ዝንቱኑ ፡ እንጋ ፡ ትውኅጠሙ ፡ ምድር ፡**) et Jes. 28,8 ubi Aethiops ἄρα pro ἀρά legit; nec non aliis in locis, ubi Graecus ἄρα non habet, ut: **በምንትኑ ፡ እንጋ ፡** (v. **እንገ ፡**) **እረክቦ ፡ ለእግዚአብሔር ፡**, **እረክቦኑ ፡ እንጋ ፡ በመሥዋዕት ፡** Mich. 6,6; Ps. 30,28; Matth. 8,27. **b)** *putas? an sperare licet?* (wohl? voraussichtlich?): **ወእፎ ፡ እንጋ ፡ በአድያም ፡ ገብሩ ፡** πῶς οἴει ἐχρήσαντο; Esth. 9,12; **አሐዩኑ ፡ እንጋ ፡ እስከ ፡ እማንቱ ፡ መዋዕል ፡** (ubi Vulg. habet: *putas vivo usque* …) 4 Esr. 2,60; Job 7,13; Job 27,10; {DiL.0780} **ቦሁ ፡ እንጋ ፡ ዘይትኀባእ ፡ እምኔየ ፡** Jer. 39,27; Luc. 18,8; Marc. 8,16; Rom. 3,8; Rom. 11,12. **c)** *forte? an? numquid? quaeso* , — *nam?* (wohl?, etwa?): **እንዳዒ ፡ እንጋ ፡ ለእመ ፡ ቦኑ ፡** (*nescio an forte quis sit?*) Rom. 5,7; **አነሁ ፡ እንጋ ፡ እግዚኦ ፡** μήτι Matth. 26,22; **እስመሁ ፡ እንጋ ፡** *an forte quia?* Marc. 8,16; **እፎኑ ፡ እንጋ ፡** Sir. 49,11; Deut. 28,67; **መኑ ፡ እንጋ ፡** Sir. 34,9; Sir. 34,10; **ማእዜ ፡ ይጸብሕ ፡ ሊተ ፡ እንጋ ፡** Job 7,4. — *Voc* . *Ae* .: **እንጋ ፡ ዘ ፡ እስኪ ፡ ወይ ፡ ይሆንሂ ፡ እንኪያሂ ፡ ቦኑሂ ፡ ይ ፡**; *aliud* : **እንጋ ፡ ዘ ፡ በ ፪ ወይ ፡ ይኑን ።**

Bibliography

Revisions

- Eugenia Sokolinski *nesting* on 28.2.2024
- Leonard Bahr *root* on 18.3.2018
- Andreas Ellwardt *last updated txt file and doc file of Lexicon* on 19.4.2017
- Pietro Maria Liuzzo *exported from lexicon to XML* on 16.1.2017
- Pietro Maria Liuzzo *updated lexicon XML file adding nested senses* on 16.1.2017
- Andreas Ellwardt *updated txt file and doc file of Lexicon* on 22.11.2016